



REVERENDISSIMO PATRI
IOANNI BAPTISTAE
RONCHÆ
à Placentia
TOTIVS MINIMORVM ORDINIS
APOSTOLICO GENERALI.



Fr. Angelus Vigus Minimus D.D.D.

Atlantem , antiquitatis ingeniosum commentum , cuius fortitudini tantum à Poetis tributum est , ut Mundum ipsum posset immota sustinere ceruice , fabricantiam velut deliramentum , ab eruditis auribus procul arcendum existimarem , nisi Sapientissimos vates non ignorare fabularum integumentis sapientia mysteria velare solitus , vt cum voluptate hominum mores informarent , ac virorum decora commendatiora redderent , q̄s ab insipienti vulgo adeo nobili surreptis inuenio . Ingeniosum plane potius , quam commentum , antiquioris eruditionis arcuum . Atlantem enim fortissimum , Orbis machinam hūmeris sustinentem existimauerim ego sapientia præditum virum in dignitate constitutum , Praesulem numeris omnibus absolutum , qui capacissimæ mentis intelligentia , ac prudentiæ robore sua complectitur , & sustinet Machinam Religionis . Viuenda nimurum virtus est , suis ipsa fundamentis honestatis innixa , & diuino corroborata munimine , laboribus non succumbit , sed enutritur , sudoribus irrigatur , contemptu voluptatum inualescit , honestati immobiliter adherens honorem pariter , felicitatemque rebus præclare gestis affectat , difficillima quaque aggreditur , & perficit : viætrix debellat ignauiam , inertiae tenebras sua luce dispergit ; Ei nihil arduum , calum ipsum sustinere facilissimum .